



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. XLV. Reprobatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

statuto defertur. Bald. in l. scimus. C. de inoffic. testam. Fulgosi. in l. de quibus ff. de LL. Jason in l. 11. num. 37. C. unde liberi. Dec. in l. 1. num. 19. C. de secund. nupt. & consil. 484. col. 2. Curt. sen. consil. 8. Alex. consil. 68. vol. 1. Jason consil. 159. col. 4. lib. 3. Hartm. Pistor. 2. q. 43. n. 17. Philipp. Matth. 1. Consil. Marpurg. 20. num. 71. cum segg. atque sic non tam in fideicommissis, Gloss. Imol. Paul. de Castr. Angel. in l. cum ita. §. in fideicommissis. ff. de legat. 2. Gozadin. consil. 40. Cravett. consil. 67. Roland. à Valle consil. 68. vol. 1. Regn. Sixtin. 2. Consil. Marpurgens. 18. num. 129. Alvar. Valasc. de jur. Emphyt. quest. 50. n. 41. & in quibuscunque hominum dispositionibus, quibus heredes ad successionem vocantur, cujusmodi sunt investitura & alia dispositiones contrarium & ultimarum voluntatum ea attendatur, secundum gloss. in l. cum ita §. in fideicommissis. quam ibidem seguntur Imol. Paul. de Castr. de legat. 2. Tiraquell. in tract. de jur. primogenit. quest. 40. num. 134. quam communem ait Alex. consil. 88. num. 1. vol. 1. Gabr. in suis concl. lib. 4. titul. de fideicommissis. conclus. 3. num. 1. & in practica servanda esse, dicit Corn. in l. ultim. de verb. signific. nec ab ea in consulendo vel judicando recedendum esse, refert Jason consil. 215. colum. 5. vers. sed premissis. vol. 4. quam maxime in successione descenditium & liberorum procedere ex l. sed etsi §. nepotes. l. Lucius 87. de hered. instit. trad. Dd. in l. 1. Cod. de condit. insert. Tiber. Decian. respons. 1. num. 346. vol. 1. Bart. & Alciat. in l. 220. ff. de verb. signific. unde etiam filius jure representationis non modo omnes qualitates & privilegia tam personae patris, quam gradus competentia sibi assumit. Bart. in l. 1. §. si sit filius. ff. de conjung. cum emancip. liber. & in l. 2. in fin. C. de liber. prater. sed etiam nepos & in feudis succedit in gradu patris, eoque representat, tam si sit solus, quam si concurrat cum patruo filio Vasalli defuncti, c. 1. circ. princ. de success. feud. vid. latè hac de re Alvar. Valasc. de jur. Emphyt. quest. 50. per tot. Hartm. Pistor. 2. quest. 23. & an inter ascendentes locum habeat, Hunn. 3. var. resolut. text. 1. quest. 31.

III.

Quoties proximitas graduum absolute spectatur, toties juri representationis non est locus. Quia jus representationis non competit, nisi ex legis speciali beneficio. Nov. 118. cap. 3. vers. butusmodi verò privilegium. Hinc ubi hoc deficit, illi saltem vocari censentur, qui proprio jure tales sunt. Exemplum est in tutelâ agnatorum, item in retractu consanguinitatis, Tiraquell. de retract. P. 1. §. 11. gloss. 9. n. 1.

Limita: nisi expresse jus representationis statuto seu consuetudine in casibus ejusmodi fuerit introductum.

CAP. XLIV.

Reprehensio.

Reprehensio temeraria est prohibita, cap. nolite 5. distinct. 21. sed cum iusta dicitur, quando primum sit in se ipso, & postea in alio, cap. qui

sine 3. & seg. cap. postulatus 6. 3. q. 7. Unde etiam reprehensio autoritatis, quæ tantum Superioribus convenit, debet fieri cum benevolentia, cap. licet 3. dist. 45. & reprehensio zeli, quæ minoribus conceditur in majores, debet fieri cum reverentia, cap. si quis super 42. §. ex his. 2. q. 7.

CAP. XLV.
Reprobatio.

Axioma I.

Reprobatio est species defensionis, Carpzov. P. 1. Constitut. 16. Definit. 13. n. 5. quæ nemini deneganda, quin & ipso jure competit, ut de novo ab ipso iudice eam impetrari non sit necesse, arg. l. 1. vers. ut superfluum. C. de thesaur. Hartm. Pistor. P. 2. q. 2. n. 6. Jac. Schultz. 1. q. 49.

II.

REPROBATIO unius ex duobus propositis, videtur includere approbationem alterius, l. Tribunus 20. §. fin. ff. de testam. milit. cap. nonne 5. de presumpt. Surd. decis. 195. num. 3. D. Barbof. in l. cum Prator, in princ. n. 37. & n. 53. cum seg. ff. de judic.

III.

REPROBARI amplius non potest semel approbatum, cap. nulli 9. extr. de accusat. vid. sup. liter. A. c. de approbatione. l. Pomponius 10. ff. de Neg. Gest. Pac. in anal. Cod. de judicis n. 12.

CAP. XLVI.

Repudiatio. Repudium.

Axioma I.

Repudiari id non potest, quod quis, si velit, habere non potest, l. 174. §. 1. de Regulis juris, unde & hereditas illa repudiari nequit, quæ nec adiri potest, l. 4. l. 1. §. potest 18. ff. de acquir. poss. vid. Philipp. Matth. ad l. 3. ff. de Reg. Jur. n. 3. & ibidem Hyppolit. à Collib.

II.

Quotiescunque adest casus, propter quem, si tempore sponsaliorum affuisset, sponsus seu sponsa matrimonium renuisset, toties iudex ad repudium pronior esse solet. Carpz. in jurispr. Eccl. l. 2. Defin. 179. n. 9. quia promissio non obligat ultra promittentis intentionem. v. gr. Si atrox delictum commissum fuerit, si altera pars morbo contagioso vel desperato labore, si inter sponsum & sponsam intervenerint inimicitie irreconciliabiles, Carpz. d. l. Defin. 176.

Limita: modò casus non fuerit talis, in quem inquirere debent contrahentes, v. gr. si malè moratus sit sponsus, Mey. P. 6. Dec. 226. n. 1. & 2.

III.

Quodcunque vitium obstat cohabitationi, illud dissolvit sponsalia, quia finis sponsaliorum (U) 2 & nu-